

ratur: & si album præparatum est, tunc in rubrum commutatur: rubrum namque sub albo occultatum est, rubrumque album sequitur, non secus ac album nigrum sequitur, in quo tota ars consistit. Hisce tandem concludit Philosophus, & ait: Hæc ars solummodo fit cum summo aceto, à potestate diuina, & operis perfectione: Inueniens artem dum taxat vna ex re elaborari, quæ cum acerri-
mo aceto comparatur, per rorem Philosophiæ colligitur,
& præparatur, quod acetum, per diuinam gratiam, ope-
risque perfectionem, institutum est, ut pote per præpara-
tionem ex aceto commutatur in summum bonum, cœli,
atque terræ, quod bonum etiam ab vniuerso terrarum
orbe, eiusdemque omnibus Regibus & Principibus num-
quam persolui poterit.

EXPLICATIO DICTI ISINDRI.

Pro Deum immortalem, quam mirabil modo Philo-
sophi hancrem occultarunt: adeo ut multo esset me-
lius, quod à scribendo omnino cessauissent. Multos enim
id ad extremam inopiam rededit, nec paucos etiam ad-
huc cottidie in summam paupertatem præcipitat, præ-
sertim omneis eos, qui imprudenter, & sine ullo intelle-
ctu, laborant, nec vel initium, medium, neque finem, im-
mo nequidem posteriorem, vel anteriorem partem re-
rum istarum norunt. Verum Philosophi vere recteque
scribunt. Quis illud autem intelligat siue comprehen-
dat, qui rerum istarum fundamentum ignorat: nemo
mortalius equidem, etiamsi esses Doctor Doctorum, &
Lux Mundi, nihilominus tamen heic omnino cœcus es-

Zz 2

set.